



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 111. Maximilianus Bohemiæ Rex Tridentum pariter prætervectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. profitebatur, quod Cæsar ejus Parenſ  
A.C. 1551. potius vitæ ſuæ diſpendium facere,  
 quam ſummo Pontifici quovis paſto mo-  
 leſtiam inferre paratus fit. Disceſſerat  
 demum Tridento Archidux die nona  
 Junii, comitantibus eum Præſulum, ac  
 Nobilium quamplurimis, qui eidem poſt  
 unius horæ iter valedicebant: ipſe vero  
 iter ſuum Genuam uſque proſequeba-  
 tur, quin juxta Cæſaris mandata u-  
 quam publicas honorum teſtificationes  
 acceptaret.

## §. CXI.

*Maximilianus Bohemiæ Rex Tridentum pariter præterveſtus.*

*Pallav. l. 11. Paucis poſt diebus Maximilianus Bo-*  
*hemiae Rex Ferdinandi Romanorum*  
*Regis Filius pariter Tridentum accessit,*  
*ut Philippum Archiducem Genuæ falu-*  
*taret, ac cum eo in Hispaniam delatus*  
*conjugem ſuam unacum duabus proli-*  
*bis ſuis inde deduceret: cum vero fe-*  
*ſtinanter, ac fine ulla pompa, & pri-*  
*vati cujusdam Nobilis more veredariis*  
*equis urbem præterveheretur, hinc illi*  
*obviam haud ullus proceſſit, nec ſingu-*  
*lares ei honores exhibiti fuit. Tertio de-*  
*mum die diſceſſit unacum Madrutto Car-*  
*dinale, qui Mantuam uſque illi comes*  
*adfuſit,*

adfu<sup>t</sup>, eoquod illius Episcopatus in Sæcul. XVI.  
Ferdinandi Regis ditione esset.

A.C. 1551.

## §. CXII.

*Præfules Synodus accedere a Caro-  
lo Cæsare jussi.*

Vix ambo hi Principes transibant, cum *Pallav. l. c.*  
Moguntini Electoris Orator adveni-*n. 5.*

ret, qui Principis sui absentiam excusa-  
bat, eoquod post diuturnam in Comitiis  
Augustanis moram illius præsentia in  
fua Dioceſi oppido necessaria esset. His  
quoque iſta ſubjunxit Orator: brevi Ar-  
chiepifcopus noster Procuratorem miſ-  
furus eſt, ceteri quoque Electores Ec-  
clieſiaſtici fuos quoque delegabunt:  
verum Legatus hanc excuſationem haud  
æquam ratus, contendebat. S.R.I. Elec-  
tores Eccleſiaſticos obſtrigi, ut per  
ſemetipſos Synodo interſint, eoquod in  
gratiā Nationis Germanicæ Tridenti-  
na civitas, utut ceteris valde incom-  
moda, fuerit ſelecta: cum ergo Electo-  
res Legati conſtantiam admirarentur,  
haud ultra ſuis prætextibus iſiſtendum  
cenſebant; quapropter Moguntinus nul-  
la mora ſeſe itineri accingens unacum  
Archiepifcopo Trevirensi Tridentum  
Menge Auguſto venit: Coloniensis  
quoque præmiſo Nuntio ſe mox acceſ-  
ſarum ſignificabat, ac domicilium illic

Y 2

ſibi